Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



81

quem pater sanctificauit & misit in mundum
uos dicitis quia blasphemas. quia filius dei sum.
Si non facio opa patris mei. nolite credere mihi. Si
autem facio & si mihi non uultis credere. operibus
credite. ut cognoscatis & credatis. quia in
me est pater. & ego in patre. ℣. ℟. Daniel. p.
In diebus illis. Orauit daniel dicens.
Domine deus ne despicias populum tuum propter nomen
tuum. & ne dissipes testamentum tuum. neque au
feras misericordiam tuam a nobis propter abraham
dilectum tuum. & ysaac seruum tuum. & israhel
sanctum tuum. quibus locutus es pollicens quod mul
tiplicares semen eorum sicut stellas celi. & sicut are
nam que est in litore maris. quia domine imminu
ti sumus plus quam omnis gentes. sumusque
humiles in uniuersa terra. hodie propter pec
cata nostra. & non est in tempore hoc princeps
& ypsa. & dux. neque holocaustum. neque sacrifi
cium. neque oblatio. neque incensum. neque locus pri
mitiarum coram te. ut possimus inuenir
re misericordiam. sed in anima contrita & spiritu humi